animam tuam pro me ponis? Amen amen dico tibi non can
tabit gallus donec me ter neges. Non turbetur cor uestrum
creditis in dm̄ et in me credite. In domo patris mei man
siones multae sunt. Si quo minus dixissem uobis quia uado
parare uobis locum. Et si abiero et preparauero uob
locum, iterum uenio et accipiam uos ad me ipsum
ut ubi sum ego et uos sitis. Et quo ego uado scitis et uiam
scitis. Dicit ei thomas: Dne nescimus quo uadis et quo
modo possumus uiam scire? Dicit ei ihs: Ego sum uia
et ueritas et uita. Nemo uenit ad patrē nisi per me.
Si cognouissetis me et patrem meū utiq; cognouissetis.
Et amodo cognoscitis eum et uidistis eum. Dicit ei
philippus: Dne ostende nobis patrem et sufficit
nobis. Dicit ei ihs: Tanto tempore uobiscum sum et n
cognouistis me philippe? Qui uidet me uidet et pa
trem. Quomodo tu dicis ostende nobis patrem? Non
credis quia ego in patre et pater in me est? Verba quae
ego loquor uobis a me ipso non loquor. Pater autē
in me manens ipse facit opera. Non creditis quia
ego in patre et pater in me ē? Alioquin propter
opera ipsa credite. Amen amen dico uobis qui cre
dit in me opera quae ego facio et ipse faciet. Et ma
iora horum faciet quia ego ad patrem uado.
Et quodcumque petieritis in nomine meo hoc faciā
ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in
nomine meo hoc faciam. Si diligitis me mandata
mea seruate. Et ego rogabo patrem et alium pa
racletum dabit uobis ut maneat uobiscum in aeter
num spm ueritatis quem mundus non potest acci
pere quia non uidet eum nec scit eum. Vos autē